replicatio qd est absolum. vides ergo qd perimif actio sed an perimatur obligatio puto p̄siderandum: vtruz exceptio oriat ex tali equitate que elidat obligationem ciuile z naturalez vel alteraz tm̄ quod apparet ex his q̄ dixi super hac glo. z illa qua elidit postq̄ venerit ad cōfictum perimat totaliter per ea que mō dixi circa actio nem. Eā nō quā nullo modo elidit nō perimat. Quādoqz qd absoluitur simpliciter: z tunc vt dixi absolutio simpliciter facta intelligit̄ facta ex ea cā que ex actis col ligitur: vt no. in. l. si qd ad exhibendū. j. de excep. rei iu di. z in dubio videt̄ qd absolutus: qa nō pbatū: vt hic z dixi. s. circa pmā lec. vñ qeqd ex actis appareat vel n̄ appareat: ex predictis habes r̄sionem. Quādoqz qd absoluit̄ ab obseruatione iudicij: z hic ē aduertendū. Quāqz qd absoluitur ab obseruatione iudicij ex vigore alicuius exceptionis peremptorie: vtputa iudex me ab soluit quia opposui exceptionem rei iudicate trāfactio nis vel iurifurandi: vel quia solui pendēte iudicio: vt in sti. de perpe. z tē. act. in fi. z tunc per hanc absolutio nē qd liberaf ipso iure per ea que. s. dixi de exceptione que tollit actionē ipso iure cū venit ad p̄fictum z p̄ ca sum. l. si oleū. §. i. s. de dolo. z est mirandū qd lz solutio de qua est oppositum ante sniam nō esset ita p̄fecte fa cta qd actionē perimeret: tm̄ secuta dicta absolutoria cū solutione imp̄fecta actio ipso iure tollitur: z iō nō pōt agi: nisi de dolo: vt. d. l. si oleū. §. i. si tñ nulla solutio fuisset facta: z sic ibi nulla exceptio cōpetebat in verita te: z falso fuisset opposita: tunc actio prima nō tolleret̄ vt. d. l. cū a te. §. de dolo. Si vero absoluit̄ ab instantia iudicij virtute alicuius exceptionis dilatorie vt qa libel lus nō esset bñ formatus vel p̄pter similia: tunc certū est qd nec actio nec obligatio perimif: vt. s. si mes. fal. mō dixi. l. i. §. i. vbi cūqz aut. s. dixi per sniam non tolli actionē neqz obligationem naturalez: intelligas nisi ob ligatio z actio precedens eēt in pari potentia: vtputa ex alia snia de q̄ dubitabatur an esset lata: tunc alia snia p̄tra illā lata valet z tollit eā ipso iure: z oēm eius esse crum: vt. l. i. circa prin. j. que sen. sine ap. rescin. **C** Sumus expediti de ista parte. sequitur s. z similem. Iste s. in fi. sui ibi dū dicit: quia ex vna cā alterius solutionis origo p̄fiscitur z c. legitur in glo. duobus modis q̄ ē clara tene quā vis. **P** hic innuit qd qñ qd p̄mittit si ue nauis ex asia venerit qd certū sit debitum iri. cōtra. j. qñ di. le. ce. l. hmoi. istud p̄trarium soluit in glo. tribus modis. p̄mo modo qd aliud i p̄tractibus: vt hic: z aliō in vltimis voluntatibus: vt ibi. ista est s̄a rō: qa ista ob ligatio videt̄ interim p̄dictionalis anteq̄ scimus certi qd nauis ex asia venerit vel n̄: z iō glo. hic i. fi. dicit qd i terim nō pōt agi per. l. si ita qd. j. de s̄bo. ob. vñ cum i p̄tractu spes obligationis p̄dictionalis transeat ad he redē: ut in. s. ex p̄dictionali. in sti. de s̄bo. ob. certum ē debitū iri ex ista obligatione: sed in vltimis voluntati bus spes obligationis p̄dictionalis nō tranfit ad here dem: z iō qa legatarius possit interim mori anteq̄ sit certū nauē ex asia uenire uel nō uenire nō ē certū debi tum iri. iō solutus possit repeti: vt. d. l. hmoi. Sed si le gatū esset p̄ceptum sub duabus p̄dictionibus p̄trariis quaz unā existere in vita legatarij certū esset: tunc esset idē in legato qd in p̄tractibus. exēplū. lego ticio centuz siue romā iuerit siue nō iuerit. certe in puncto quo mo riet̄: lz adhuc uiuat certū est ipsum romā non iuisse vel nō ituz esse. p̄ hoc optime. j. qñ di. le. ce. l. si. z ista ē s̄a so. Alij ut iō. dicunt. aut sunt due stipulatiōes: uel duo legata: qd apparet si bis est posita ista dictio siue: aut est una stipulatio uel unū legatū qd apparet qñ ista di ctio siue: semel tm̄ est posita. p̄mo casu nō cedit nisi al tera istaz p̄dictionū extiterit. secūdo sic fm̄ Jo. glo. re prehendit hanc so. qa est p̄tra casum huius. l. z. d. l. hu iusmodi. z bñ reprehendit Jo. si sic dixisset: sed ipse in tellexit aliter. s. aut repetitur bis verbū inductiuū obli gationi s. aut semel tm̄. vt primo casu sint due obliga

**C** Nō po-  
test agi. sed  
contra hoc  
videtur fa-  
cere. l. si pu-  
pillus. §. qui  
sub cōdictio-  
ne. j. de no-  
ua. ad cuius  
solu. dic vt  
ibi per bar.  
z Dy. z qd  
ibi dixi. z  
bar. in. l. post  
dotē. in pn-  
lec. solu. ma.

tiones. secundo casu vna hñs bipartitas p̄dictiones. z qñ sunt plures obligationes solutus pōt repeti: nisi sit certum ex qua debet fm̄ opi. Jo. z et glo. j. pxi. rñ. sed eoz opinio nō est s̄a: ut. j. dicā. iō nec hec sol. tm̄ vt sci as an in oratione possit poni vnū siue tm̄ vel nō aduer te. aut cum ponitur dictio siue nō p̄cedit alia rō condi ctionalis: z tunc de necessitate d̄z sequi aliud siue. j. de in rē ver. l. iij. §. i. z ibi no. in glo. in s̄bo siue. aut prece dit oratio p̄dictionalis: z tunc sufficit unum siue tm̄: ut dico: p̄mitto tibi centū si nauis ex asia uenerit: siue sti bus factus p̄sul fuerit: ut in hac glo. facit. j. de verbo. ob. l. si ita quis stipulet. Tertio modo soluit fm̄ Jo. aut fuit appositū certum tempus: z loqtur. l. contraria aut nō fuit appositū: z tunc secus. Ista lec. simpliciter intelligendo esset mala: qa appositio diei certe facit vt obligatio minus suspendat: sed si bene aduertis ad di ctum Jo. so. ip̄sius est bona: qa certum t̄ps fuit appo situm in una parte p̄dictionis i alia parte nō. verbi gra tia. p̄mitto tibi dare centuz siue nauis ex asia uenerit i fra triduū siue nō uenerit. nā si uenerit infra triduū de beo tibi dare centū: secus si postea. Itē si certū est post triduū nauē nō uenire: debeo tibi dare centū: secus si ante. ideo mere p̄dictionalis: qa nō est certū debitū iri. z iō prima sol. uerior est: lz hec ēt in se possit esse uera. **C** Reassumo ergo breuiter qñ aliqd debetur sub dua bus p̄dictionibus p̄trariis alternatiue positis: aut que ris utrum pōt peti interim: aut utrum solutus possit re peti: z hoc secūdo casu. aut erat debitū ex p̄tractu: aut ex ultima uolūtate. si ex p̄tractu: aut nullū fuit tempus appositū aut fuit appositū t̄pus in una parte alterna tiue: z in alia nō. si ex ultima uolūtate: tunc aut possibi le est legatariū mori anteq̄ aliqua pars dictaz condi ctionū existat. aut una pars de necessitate extabat in ui ta: ut ex predictis patet. **C** Ultimo querit glo. utrū cō tra uez debitorē absolutū de illo debito possit oppo ni cōpensatio. dicit glo. dic ut. j. s. cōpensatio. l. et. ubi nil dicit. sed dicitur in. l. quecūqz. eo. ti. z per Ly. s. cōpē. C. in. l. si ex cā. dixi plene in. l. p̄curator ad exhibenduz. j. rē ra. ha. **C** Sequitur. s. ubi aut. Iste s. p̄tinet dictū dissimile dicto Julia. fm̄ quosdā: quoz opinio repro batur in fi. l. ibi. sed hec dissimilis. z hoc si habetis in fi. l. illū. s. z ideo si pendente p̄dictione soluat nō po terit repeti: sed quidā nō habent illū. s. z ideo: z tunc istud dictū in uer. ubi aut nō corrigif fm̄ Jo. z Jo. lz in s. sed hoc dissimile: aliqua differentia assignet nō tm̄ in modo repetendi: z si dicis quōd pōt repeti cū unum deberi certū est: ut. s. pxi. s. dicunt Jo. z Jo. qa i p̄ cedenti casu qñ apponit̄ due p̄dictiones p̄trarie disti ctive uidet̄ p̄missor omni dilationi renunciare: z pure debere: z iō solutū nō repetit. at i casu huius. s. quan do debitū pure p̄mittit̄ sub p̄dictione uidet̄ creditor illi obligationi pure renūciare fm̄ eos. ista rō uidet̄ fri uola. nā nō est uez qd in p̄cedenti r̄sio debeaf pure: qd apparet: qa interim peti nō pōt: ut dixi. Itē nō ē ue rū qd stipulat̄ sub p̄dictione uidet̄ obligationi pure renunciare: imo obligatio pura remanet in p̄dictionis defectū: ut. s. si cer. pe. l. pecuniā quā. **P**reterea i p̄ce denti r̄sio stipulatio h̄z duas partes p̄dictionales: z tm̄ nō pōt repeti solutū. multominus pōt repeti hic cū una obligatio fuerit pura: z ista opi. uidet̄ uera: z ē ca sus hic in fi. fm̄ unā lec. iō iste uer. corrigif. **C** Sed ad hoc oppo. de. l. qd si in die. in pn. j. s. cōpen. hoc modo in hoc. s. sunt due obligationes. una ex stipulatiōe cō dictiōali iterposita aīo nouādi. alia ex stipulatione pu ra que ē suspēsa i p̄trariā p̄dictionē: ut. l. pecuniā quā. si cer. pe. mō si debitor soluat interim ex una obligatio ne possit repetere: qa icertū ē an ex illa debeaf: ut. l. sub p̄dictione. s. eo. z si tu dicis: si nō debebif ex illa debebi tur ex alia. certe de alia obligatiōe q̄ suspendif in diem nō pōt opponi cōpensatio: uel ex ea fieri retentio: ut. d. l. qd si in die: z hec opi. nō uidet̄ uera. **R**ñdeo illud ue

rū qñ ē alia obligatio p̄fus c̄nea. hic s̄o sunt due obligatōes se inuicē cōtingētes. una enim imprimī i alia z eā nouat in p̄ditōis euentū z i terim suspendit. et iō iudicat de ambab⁹ vt de vna tantū. **C** Reassūme ergo sic. qñqz aliquid debetur vna obligatōe diuisa i plures p̄ditōes et tunc si certū est debitū iri solutū nō repetit: vt. s̄. pxi. ver. qñqz debet̄ idēz pluribus obligatōibus suspēsis i diuersas p̄ditiones. tūc aut debet̄ a diuersis et solutuz p̄t̄ repeti: vt hic in ver. idēzqz. aut ab uno. z tunc aut ille obligatōes. s̄. due fuerunt simul z semel contracte et h̄itur p̄ una: z solutū nō p̄t̄ repeti: vt dixi. s̄. p̄ p̄mo uer. reprobādo opi. Jo. et azo. aut fuerūt p̄tracte diuersis tēporibus: z tūc aut dicte due obligatōes sic se habent q̄ una in alia imprimī z circa illā disponit z solutum nō poterit repeti: ut hic p̄iuncto si. hui⁹. l. aut sunt p̄fus separate: z tunc si soluit̄ ex una p̄pter alia nō imped̄it̄ repetitio. ar. dicte. l. q̄ si in diē inducendo: ut. s̄. dixi. Op. z uidef̄ q̄ indistincte solutū pendente dubietate possit̄ repeti: ut. l. sufficit. s̄. e. So. ibi loqtur qñ aliquo casu p̄t̄ existere q̄ nō sit debitum. hic uero qñ in oēm casuz est certū debitum iri. **C** Cōtra p̄dictā so. op. dubietate p̄dēte non debem⁹ p̄sumere exceptionē. nō .n. dubietas h̄z uiz perpetue exclusiōis: ut. l. sub p̄ditione. j. de assig. liber. z. l. ubi autē. s̄. marcellus. j. de i diē adiec. So. qñqz p̄ns status rei tēdit ad exclusiōē: sed ē dubium an illa sit perpetua exclusiō: tunc h̄z uim exclusiōis: ut. d. l. sufficit. qñqz p̄sens status rei nō tēdit ad exclusiōē: sed est dubiū an i futurū inducatur exclusiō: tunc nō h̄z uim exclusiōis p̄petue: ut in cōtrarijs. ita dixit do. oldra. Et hec faciunt ad. q. quā tetigi uobis hoc anno. facta ē hec reformatio q̄ oēs represalie reuideant̄ p̄ duos bonos uiros: z que fuerint approbate ualeāt. que fuerint reprobate nō ualeant. **C** Querit̄ utruqz isto medio tēpore anteq̄ reuideantur per duos bonos uiros possit̄ fieri executio represaliarū. certe si bene respiciat̄ s̄ba reformationis habent uim exclusiuam de p̄senti. sed dubiū est ne in futurū inducat̄ exclusiō: z iō interim nō h̄z uim exclusiōis perpetue: z sic v̄ q̄ executio possit̄ fieri p̄sita tñ satisfatione s̄m formam autē tice q̄ supplicatio. C. de prec. impe. offe.

**Titores.** Quod bona fide factum ē habetur ratū ēt pupillo postea per in integrū restitutionē abstenso. secus si dolo factū est. Itē repetitio cōpetit ei ad quē postea negociū incipit p̄tinere. h. d. **C** Op. z uidef̄ q̄ q̄cqd est solutū creditoribus repetatur ab eis ut sic ueniant in p̄tributionē cū alijs creditoribus quibus nō est solutū: ut. l. si nō expedierit. s̄. i. j. de bo. auc. iu. pos. Solu. hic qñ solutū fuit bona fide: secus si dolo: ut i cōtrario z hoc innuit hec l̄sa. **C** Op. de. l. q̄ autē. s̄. sciendum de his que in frau. cre. So. ibi fuit solutū iā postq̄ bona fuerūt possessa. hic añ. z glo. hic ponit unā distinctionē quā tex. ponit clarius in. l. pupillus. d̄ his q̄ in frau. cre. z ibi plenissime per Jaco. de are. z ibi dixi. **C** Op. z uidef̄ q̄ nō cōpetat cōdictio indebiti sed cōdictio ex lege: ut. d. l. si non expedierit. s̄. i. Sol. ut ibi plene no. per glo.

**Idēmissum.** Indebitū scienter p̄missum non repetitur. h. d. **C** Ex testō nō solēni utrum dicat̄ indebitū omni iure uel ciuilit̄ tñ: tetigi in. l. inter-

dum. s̄. e. z plene in. l. i. hoc eo. ti.

**Eratus.** Si species debita p̄fecte nō soluit̄ talis solutio non parit liberationē: nec inducit repetitionem. h. d. **C** Op. s̄. e. l. si fideiussor. z. l. cū is. s̄. i. Solu. ista duo negatiue possunt eē s̄a. ista so. nō parit liberationē nec repetitionē: ut hic affirmatiue nō p̄t̄ eē uerū utrunqz q̄ pariat liberationē z repetitionem: ut in. ll. contrarijs: nec a ciuili tñ: nec a naturali tñ: ut. d. l. si fideiussor. **C** Cōtra hoc op. extra de iureiur. c. ij. ubi soluedo usuras q̄ a iuramēto liberat̄: z tñ repetit. Sol. aliud de iure canonico ut ibi. aliō de iure ciuili ut hic. uel aliter dico q̄ p̄ iuramentū q̄ nō ē obligatus parti ad soluedas usuras: sed obligatur deo: z iō soluedo usuras creditori liberatur respectu dei. creditor tñ recipit idēbitū. ideo ab eo repetit̄: ita loquitur ibi. **C** Tenio ad secūdā glo. z op. de. l. cū q̄. s̄. q̄ hoīem d̄ so. So. ibi hō erat debitus in genere: h̄ci spe cie. **C** Contra hoc oppo. de. l. statuliberū. j. de sta. li. So. ibi fuit fact⁹ statuliber sine facto debitoris. hic facto eius: uel ibi debitor non fuit in mora. hic sic. quelibet ē bona so. z iō distingue ut in glo. coniungendo simul p̄dictas duas solū. uide glo. z signa ibi dum dicit̄ distingue z c̄. **C** Ultimo q̄ hic dicit̄ de statulibero soluto intellige generaliter de qualibet specie debita nō perfecte soluta. ita q̄ p̄ma actio durat: ut. l. et. j. de solu. z. l. iulianus. s̄. i. de s̄bo. ob. z. l. iij. s̄. si reddita. j. cōmo. Ex. l. sequenti. **C** Quotuplex sit iusgentiū z q̄liter intelligatur q̄ seruis quo ad ius ciuile pro nibilo reputatur: ibi. Ego.

**Id quod.** Ista ē notabilis l. z subtilis. z. h.

d. domin⁹ obligatur seruo naturaliter: q̄ obligatio sequitur ipsum ēt manumissum. h. d. **C** Op. q̄ solum de iure ciuili suus p̄ nibilo reputet̄: ut. l. q̄ attinet. j. de reg. iu. So. ibi appellat ius ciuile oēm iuris partem p̄ter naturalē: z sic cōprehendit iusgentiū: quo iure seruis p̄ nibilo nō reputatur: ut hic. **C** Contra hoc op. obligatio naturalis est de iuregentiū: ut. l. cum amplius. d̄ reg. iur. z no. s̄. e. l. si nō sortē. s̄. liber tus. in prin. z. l. stichū. s̄. naturalis. j. de so. ergo seruis de iuregentiū nō obligatur: z sic nō obligatur naturaliter. **P**reterea ius naturale est cōe oibus aialibus: ut. l. i. in fi. s̄. de iur. z iur. sed animalia nō obligatur: ut. l. i. s̄. si quadru. pau. fe. dica. ergo de iure naturali non est obligatio. glo. uoluit hoc tangere in. l. ex hoc iure. s̄. de iu. st. z iu. tñ non bñ explicat: nec doc. **E**go semper dixi sic q̄ d̄ iure naturali put̄ est cōe oibus animalibus non d̄ esse naturalis obligatio: de qua loqmur p̄ rationes p̄dictas: sed d̄ iure gentiū: ut in. l. s̄. alle. debetis tñ scire q̄ ius gentiū ē duplex: quoddā est iusgentiū q̄ fuit coipso q̄ gentes esse ceperunt naturali ratiōe inductū absqz aliqua cōstitutione iurisgentiū: ut si dez seu p̄missa seruare. libertas. z si. Et isto iuregentiū p̄meuo status serui non ē annihilatus: imo oēs erant liberi. merito ista obligatio naturalis cadit in eū actiue z passiue. quoddā ē iusgentiū quo oēs gentes utuntur ex p̄stitutione earū nō s̄m rōnem naturalē: imo qñqz p̄tra: ut bel la captiuitates seruitutes distinctiones dñiorū ut. l. ex hoc iure. s̄. d̄ iust. z iu. z. l. postliminiū. j. de capti. z possli. reuer. z isto iure status seruorū est annihilatus z nō ē aliqd: z iō ea q̄ sunt iusgentiū ex hac parte nō cadūt in seruū: vñ ser

**C** Canoni co ut ibi. z d̄ intellectu huius uide no. in. l. non quocunqz. i prin. de le. i. z. l. inter si pulantes. s̄. pe. de vbo. obliga.

**C** Duplex est iusgentiū. s̄. q̄s p̄t̄ dici q̄ d̄ p̄meuo ius gentiū fuit introdu cta obligatō naturalis: cū illo iure do minia distin cta nō eēnt: sed ex secun do iure: vt. l. ex hoc iure. z. vide bar. in. l. frater a fratre. i. xxx. col. s̄. h̄ co. ti. de condi. inde.

J iij

**C** Exclusio. ad hoc bene facit qd no. bal. in. l. illd. in fi. de sac. fan. ec. **C** Tuto. res. in prin. huius. l. spe. cialis casus fm Bal. in. l. iij. ad fi. C qñ sicut vel priuatus zc.

mus nō potest habere dominium alicuius rei: lz fit de iuregentiu: nec possessione: ut. l. acquirif de acq. re. do. r. l. i. §. per seruū. j. de acq. pos. r. ita debetis intelligere hic. C. Op. quicquid seruus acquirif statiz acquiritur domino: ut. l. placet. j. d. acqui. here. Sol. ibi loquitur i acquisitione naturali: hic in acquisitione naturali. Dp. ibi uidetur reprehēdere hāc so. dicēs qz etiam obligatio naturalis acquiritur per seruū domino ut. l. frater a fratre. s. eo. et ego etiā in. d. l. frater a fratre. circa aliud non tenui istā dñiam ciuilis r naturalis acquisitionis: ut ibi uidistis: tñ qñ ad ppositū possumus sustinere glo. ut dicamur qz hec lex loqz qñ seruus acquirif aliquid in domino: quo casu in acquisitionibus ciuilibus nil pōt a domino acquirere p regulā iul. positā in. l. lz r si quis. §. r generaliter. alias ē. §. iulia. s. de usufruc. r. l. liber hō. circa pñ. j. de rbo. ob. sed in acquisitionibus naturalibus: hoc est de iuregentium primeuo ut dictū est potest seruus acquirere a dño r filius a patre: ut hic r. d. l. frater a fratre. s. eo. C. Ultimo ex hac. l. habes specialē rōnem quare dñs nō obligatur seruo ciuili ter uel seruus dño. f. quia status serui d iure ciuili nō est aliquid in filio. uidisti alias rationes: ut in. d. l. frater a fratre. plene dixi.

Ex. l. sequenti.

Quomodo cōsultatur in dicto dolo ad trāsfigendum r quomodo repetat si soluit: ibi. Op. Et an valeat cōtractus qñ dolus dat cām cōtractui: ibi. Contra.

In summa. per istaz l. in pñ. bar. eleganter dixit in extra uaganti ad reprimendā, i verbo summarie qz si causa cōmittatur qz cognoscatur si marie: nbi. lominus nullus ordo iudicari? substantialis obmittit: lz et sic fecus in dilatione r si. sic. n. iuris con. nullum casuz repetitōis obmittit: r tamen dicit in summa. i. summa r. e. §. idēz i casu nostro b. C. l. qui exceptionē. q. dam cōtra r melius ut pmo. i. l. si qz cum aliter. de ver. obli. c. A reo. lz Bar. in. d. l. sub preteritu r in. l. siue apd acta: di stinguit reū ab actore: r sic est priuz.

**A summa.** Quia pōitur qz daz distinctio ad titulu: iō summationē qgruā nō recipit

C. Op. ad principiū qz hec distinctio fit superflua: nā oīa ista sub duobz mēbris pprehēdebatur. f. aut ob rē aut ob cāz: ut. s. eo. l. dam. So. pcedo. lz hic plura expōsit ad maiores declarationē. C. Op. qz trāfactio facta per dōlū ualeat: lz def replicatio doli: ut. l. sub preteritu. C. de trāfac. Sol. dicit glo. hic et etiā in. l. cōtraria. et in. l. ij. C. de trāfac. qz hic qñ dolus erat ex pte actōris: ibi qñ ex pte rei. Rogerius dicebat esse idē utrobiz p hāc. l. et hoc uidet tenere Pe. dicēs qz trāfactio ualeat: tñ actori dōcepto per dōlū succurratur per replicatōez doli. reo uero per exceptionē doli. ita intelligit. l. sub preteritu. C. de trāfac. hoc nō est uerū: quia si reo succurrif per exceptionē doli antequā solueret soluēs non repeteret: quia tur? est exceptōe odiosa: ut. l. qui exceptionē. s. e. qd est cōtra hāc. l. vñ alij dicūt qz hic est speciale i odiū inferētis litē calūniose: ut trāfactio nō ualeat. r hoc dicebat Ja. bu. hic postea in. l. cōtraria dicebat sic. quādoqz dolus cōmittitur in calūniose litigando: et tūc non ualeat trāfactio: ita loquitur hic. quādoqz dolus cōmittit in iducendo alique ad trāsfigendū: et tūc trāfactio ualeat: sed succurrif leso per exceptionē doli uel replicatōez: ut. d. l. sub preteritu. nec distinguit actor a reo. quia lex illaz distinctionē non facit: et hoc satis placet. hoc enī uidet uelle hec lsa. nā cum recedere a lite fit illō propter qd datur uel remittitur tā ex parte actoris qz ex parte rei. ille qui calūniose litigabat debebat gratis recedere. ergo qd accepit turpiter accepit: ut. l. pe. s. de pdi. ob tur. cām. et ideo puto qz nō solū p dictione indebiti. lz etiāz condictōe ob turpē cām repeteretur: lz quādo dolus cōmittitur in iducendo quē ad trāsfigendū procedit. d. l. sub preteritu. C. Contra hoc op. quādo dolus dedit cām ptractui stricti iuris: ualeat ptractus: ut

l. dolo. C. de inuti. si. Sed trāfactio est stricti iuris. ergo rē. So. fm predicta hic dolus nō dabit cām trāfactioi imediate: quia non fuit qz inductus dolo ad trāsfigendū: sed dedit cām litri. unde de alio dolo loquitur hic qz ibi. in quo est alia rō qz ibi. fateor tamen qz si quidē trāfactio per dōlū est interposita super actōe bōfidei trāfactio esset nulla. nā sicut cōtractus bōfidei est nullus? quādo dolus dedit ei cām. ita etiā diffractus seu cōtractus resolutus adhibet? super eo cōtractu dolo dāte causaz est nullus: ut. l. de tutela. r. ibi no. C. de in ite. resti. mi. sic pōt intelligi qd no. in. d. l. sub preteritu. C. de trāfac. in eo qz dicit trāfactōz nullā. et actōe de dolo agi ad repetendū qd est datū. sicut in cōtractib? bōne fidei dicitur in. l. eleganter. in prin. s. de dolo.

C. Op. C. de plus pet. l. i. So. ibi fuit trāfactuz super dolo: nō tñ per dōlū fm ueraz solutionez **Id quoqz.** Prosequitur scōm mēbruz sūme rē. C. Mo. ex hoc. §. qz error in cā non obligatoria non inducit repetitionez: ut dixi in. l. damus. s. e. et intelligitur nō obligatoria de iure ciuili uel naturali: licet sit obligatoria illius generalitatis quā bñfacientib? ad remunerādū tenemur: ut patz ex hoc tex. C. Querit glo. quid si alias donatus nō erat: dicit ut dixi in. d. l. damus. s. eo.

**Sed agere.** Et rī datū pro cōdictōe iplenda repetat p dictione indebiti uel ob cām: dicit ut dixi. s. e. l. i. s. cui. r tīgatur per glo. j. in. l. fi.

**Quod ob rē.** Hic dicit de tertio. istud est examinātū. s. in ti. de pdi. ob cām.

**Ei qui.** Hic incipit tractare proprie d cōdi. inde. C. Querit glo. quo iure ueniant fructus r partus. r iudet iure actōnis. uidistis in. l. indebiti. in prin. s. eo.

**In frumento.** Iste est notabilif §. C. Primo op. in obligatione dandi re perempta agit ad ipaz rē nō ad extimationē: ut. l. si seruū. §. si. de rbo. ob. r. l. pe. s. n. ij. hic aut dicit agi ad pciū: quare male: qd pcedūt p rariū: r dicit qz hic agit ad frumentū r psequif pciū: r ita dicunt ultra mon. in. l. uinū. si cer. pe. s. qd est destruere istū tex. r iō dico qz pciū repetit. Ad p rariuz respōdeo qz in p dictione indebiti nō est ipsa res soluta in obligatione: sed id in quo qz est locupletior: ut. j. l. prox. r. s. eo. l. si nō sortem. §. liber tus. sed hic re psumpta quis est locupletior i p cō: ergo p cū repetit: qd est in obligatione. hoc sentit glo. in. l. in hac in fi. s. triti. C. Op. qñ soluitur qñtitas repetitur tantūdem nō extimatio: ut. l. qd indebitū. s. e. sed frumentum est qñtitas: consistit. n. in pondere numero uel mēsurā: ut. l. ij. §. mutui datio. s. si cer. pe. ergo debet tantūdē repeti. So. dicit glo. hic frumentuz soluebatur ut debitū in specie: secus si ut debitum in genere: ut in p rario. dubito de hac solutione. possumus forte dicere qz in qñtitatib? quaz extimatio uariatur: ut in frumento uino oleo r si. procedit hic. §. ne reus pueniat ultra qz sit effectus locupletior cōtra naturā p dictionis indebiti. p raria loquitur in pecunia cuius extimatio nō uariat: lz per ipsaz alie res extimatur: ut. l. si ita. j. de fideiuf. Ex. l. sequenti.

**Qualiter pueniatur q simpliciter domū alie nā habitauit uel i debite habuit a dño locatōez. Et sic.** Tene menti hunc. §. r no. ipm ad hoc. habitasti in domo mea.

d C. Mollus. vide bar. in lab emptio ne in pñ. s. de pac. r. l. sub ptertu. de trāfac. Lud. in. l. si cum dotem. §. si mulier. j. solu. ma. C. l. de tute la r ē d hoc casus nota bilis in. l. si cum dotē. §. si mulier. j. solu. ma. C. Eleganter. vid glo. in. l. actione. C. d. trāfac. C. In frumento. In pñ ci. hui. §. ad de Bar. s. e. in. l. qz indebitum. b. Et sic. si indebite uel sine cā habi tati domuz meā qualem pensionē sol uere debes an qñti loca turuz fuissez an qñti con ductur? fuis ses. vide tñ que dixi i. l. §. electionē. §. si. de le. i. r qd no. bar. to. in. l. i. hāc de dā. infec. vide. l. credi tor. r qd ibi bar. r bal. C. d. pigno. ac. r vide Bal. oino in. l. cō tractus. C. loca. ubi po nit qz vroz habitās post mortē uiri i domo loca/ ta viro tene tur ad pēso nem cōpetē tez taxandā officio iudi cis: nisi iure familiarita/ tis habitauit euz here dibus uiri. r ad bar. h adde io. an. in ti. d. loca. §. postqz in addi. fm ro fredū r bal. in. l. cum qñ tur. §. qz im plecto. j. loca ti. ADDE spe eu. in ti. d. pi gno. §. i. cir ca fi.

certe si qdē eā habuisti locatā ab alio. qd iuris sit habuisti i. l. si vrbana. s. co. Si habuisti a me si quidem indebite repetitur quanti conducturus fuisses: ut hic. sed si nō habuisti a me sed sic simpliciter habitasti putarem agendo p̄dictione sine causa: ad id quanti conducturus fuisses ar. huius. s. z. j. ti. i. l. i.

**Si seruum.** *Op. q. nō potuit manumittere: quia nō fuir dominus: ut. j. de condi. fur. l. qm̄. so. ut in glo. C. Op. de. l. si si cui. j. de dona. ca. mortis. So. aliud in donatione cā mortis: ut i glo. C. Tertio oppo. in sti. de le. s. si res legata. Sol. aliud in herede qui habet cōmodum a defuncto. ita dicit glo. hic. contrarium plene examinaui in. l. si seruum. s. de illo. j. de verbo. obli.*

**Ticinus.** *Datum p̄ libertate ab eo q. postea repetitur i genuis repetitur. h. d. C. Quero qua actioe repetat. dicit quidā p̄dictione i debiti ut sic faciat ad titulu. alij dicunt conditione ob cāz q. fuit datū ob cāz d̄ futuro nō ob cāz de p̄terito: z i hoc refidet glo. mibi plus placet p̄ ma opi. q. lex i dubio d̄z intelligi sm̄ naturaz t̄i t̄uli in quo posita est z ad illam actionē d̄z referri: ut. l. imperatores. j. de in diē adiec. z ita hic intelligatur de p̄dictione indebiti. p̄ hoc facit. s. e. l. is cui. z ibi de hoc plene dixi.*

**Tutor.** *Si res mea ad te sine causa p̄uenit z desinit mibi aduersus alium eē p̄sultum a te repetam. h. d. C. Quero qua actioe ager iste tutor. potes intelligere q. agat p̄dictione sine causa ex equitate. l. si z me z ticium. s. si cer. pe. oia enim hic p̄currunt: quia ad illum creditorē peruenit indebituz ex causa lucratia: nec est tutori consultū aduersus aliū nec imputat in rōne tutele. Possumus etiaz dicere q. agatur vtili cōdictione indebiti cū pupillus raturum non habeat cuius nomine gestum ē ut. l. si absentis. C. si cer. pe. z no. s. e. l. si procurator. ita videtur sentire glo.*

**Ticinus.** *Duobus idē debitum soluentibus vltimo soluēti repetitio conceditur. h. d. C. No. ex parte rei esse procuratorem in rē suā. facit. s. fami. herci. l. plane. d̄ procur. l. si actor. z idem ibi no. C. No. p̄curatori in rem suā indistincte dari cōdictionē indebiti. C. No. vltimo soluēti dari repetitionem. de hoc uidistis etiam in. l. cum duo. s. e.*

Ex. s. sequenti.

**Quid operetur verba que apponuntur i contractibus q. renunciauit conditioni indebiti z cōdictioni sine cā z omni auxilio: ibi. Et per hoc. Quid autem si in instrumento dicatur sciens se ad infrascripta teneri p̄misit. x. ticio que ipse ticinus patri mutuauerat z appareat non eē uerum an poterit repetere: z cautelam q. non possit repetere vide: ibi. Circa.**

**Idem quesuit.** *Iste est solēnis s. per p̄missionē de non mouendo cōtrouersiam nō tollit cōdictione indebiti. h. d. Glo. nō dicit hic aliquid: sed que est ratio huius. s. possumus dicere q. i generali remissione nō veniūt ea que quis sibi ignorabat competere: ut. l. mater. s. de inof. te. sta. z. s. de pac. l. tres fratres. sed hic quis ignorabat sibi cōpetere p̄dictionē i debiti. ergo zc. Istud nō uidetur vey: quia pōt esse animus remittendi ēt incognita: ut. l. sub pretertu specie rum: z ibi no. per doc. C. de transac. sicut pater potest habere animum pretereundi filios si*

quos haberet: etiā si ignoret se eos habere: vt. l. qui iure militari. j. de testa. mili. vnde credo q. prior ratio sit: quia ea ratione qua p̄mittit indebitum eadē rōne apponit istā clausulam: z idē error est in vtroq. merito dat p̄dictione indebiti. facit. l. doli exceptio. s. diuersuz. de noua. ¶ Et p̄ hoc puto q. illud qd apponit hodie i contractibus videlicet: z renunciauit p̄dictioni indebiti. z sine cā actioni in factū z omni alij auxilio legū zc. q. per hanc renunciationē cōdictione indebiti nō tollitur. casus est hic. nā idē error qui est in principali p̄missione ē i hac renunciatione. z sicut indebite promisit: ita indebite renunciauit z conuenit: unde ut p̄dicta cessent notarij in principio cōtractus dicunt sic. ticinus sciens se ad infrascripta nō teneri p̄misit zc. ut per hoc tollatur cōdictione indebiti: que nō datur promittenti uel soluēti scienter: ut. s. e. l. i. z. l. fideicommissum. z. j. de reg. iur. l. cuius per errorem. ¶ Circa predictā clausulam quero quid si j. ex serie instrumenti apparet q. p̄misit ob aliā cām p̄cedentem obligatoriaz si uera esset. vtrp̄ta dixit sic. ticinus sciens se ad infrascripta nō teneri p̄misit. x. meuiō que ipse meuius mutuauerat patri dicti ticij cuius est heres: si postea apparet i debitu: quero an possint repeti. Rñ. de bes. scire q. verba que apponunt in cōtractib. debent intelligi vt repugnantia nō contineant sed debent adiuuari vt nō contineant repugnantiam si possunt ut in prima p̄stitutione. C. s. qui bus. vnde cum dicit sciens se ad infrascripta nō teneri: d̄z intelligi nisi ex causa infrascripta. alias cōtinerent repugnantia: ut. l. vbi repugnantia. de reg. iur. p̄ hoc. j. q. ui aut clā. l. i. s. i. vbi d̄ nulla exceptio possit opponi: z tñ ibi subdiuiditur nisi infrascripte posite in illo titulo: z iō si qs vellet euitare ista deberet dicere z si aliquo casu apparet predicta p̄missa indebite ex nūc donauit z dedit q. qd per p̄dictionē i debiti vel sine cā vel p̄ errore possit repetere vel ex aliquo cōtractu: ut. l. si quis rōnes. de li. le. In casibus aut predictis in quibus dixi dictas clausulas nō operari esset certū z indubitabile qñ ille cui p̄mittitur esset in dolo: vt. d. l. tres fratres. s. de pac. vel si error p̄cederet ex testamēto incognito: ut. l. si. C. de re. cre. z. s. de transac. l. de bis. ¶ Vltio scias q. hec est vna de legibus quas allego p̄ opi. quā teneo cōtra Dy. in. l. qui romē. s. duo fratres. de verbo. ob. vt illa vba p̄miserunt nihil facere p̄tra diuisionē nō impediunt fideicommissi petitionē ex testamento paterno. d̄ liberatione aut generali dixi in. l. si pluribus. de solu. z in. l. si de certa. C. de trasactio. dic vt ibi.

Ex. s. sequenti.

**Que possint examinari finita cā principali: ibi. Contra. Et an debitum officio iudicis possit in compensatiōe deduci: ibi. Sed quid.**

**Lucius ticinus.** *Restitutio p̄ces sa sup̄ principia li ad accessorium nō extēdit. Itē qd p̄ in integrū restitutionē qs possit p̄sequi nō pōt in cōpensatiōne deduci. hoc dicit iste notabilis. s. C. Op. q. si minor fuit lesus in sorte. eadē rōne i vsuris vt. l. eos. in pn. C. de vsu. z de legi. l. nō dubium. So. dicit glo. fateor q. ēt in vsur. pōt repeti restitutio: sed hic nō fuit petita. possit etiaz de no uo peti: ut glo. dicit. ¶ Cōtra hoc op. de. l. iij. C. de positi. glo. soluit notabiliter z tene menti. qdā ueniunt expedienda officio iudicis mercenario: z illa nō possunt examinari finita causa p̄ncipali: ut. d. l. iij. C. de positi. z. l. termiatio*

b C Apponitur. imo. i. e. cum continet. i. xxvij. charta d̄ iur. reur.

c C Teneri. quando no tarij dicunt sciens se nō teneri ad infrascripta. facit quod no. in. l. si quis cum aliter. de verb. ob. circa finez. z ad hoc in fi. adde qd no. bar. in. l. iij. s. fi. in fi. s. si quis cau. no. bar. in. l. si dari. d̄ v. obli. z vide no. bal. in. l. mater. in. ij. col. C. de rei ven. de eo q. dicit ex certa scientia: z sponte cōfessus fuit q. si p̄sumitur aliq. error z statur instru mento ibidē in. vij. q. C. d̄ res. in. v. z per imo. i. l. i. de vbo. obli.

ADDE qñ dicit ex certa scientia il la habetur p̄ causa lz causa non esset expressa vt voluit Bal. consilio. ccc. xxvij. incipie te Joan. ra. loisi. li. vij.

d C Verba. z fa. qd no. ex. z bal. in. l. cum falsa. C. de iur. z fac. ig. Quid autēz opere tur genera lis renuncia tio z omni le gum auxilio vide bar. in auē. matri z auie. C. quā do mulier. tu. offi. sum. po. ADDE qd opes re nūciatio ge neralis bal. consilio. iij. li. iij. Spe. i. ti. de renū. s. i. v. si cui. C. C. de po si. z vide om nino sin. per moder. in. l. cum in vna. ff. d̄ ap. z an ge. z imo. in l. paulus. la. i. j. de re iu.

J iij

a C Tutor. ad huius in tellectum vi de bar. in. l. dominus. in fi. s. co.

**C. de fruc. & lit. erpen.** quedā ueniunt terminā da per officiū iudicis nobile: & tunc lz sit finita cā sup pncipali: ad huc durat officiū iudicis nobile sup accessorio: & illa bñ poterit expediri finita cā pncipali. hic ē casus hic & vide glo. & no. eā ibi. posset tñ dici. ad hoc facit qd dicā. j. de re iudi. l. qd iussit. nā ibi dico pone qd iudex ex officio nobili aliqd iubet. verbi gratia dat tutorem cui pmittit alienationē: & vult reuocare pōt zē: dic vt dixi ibi de hac. q. **C. Op. j. de cōpē. l. q. in diē. §. si rōnē.** So. hic posset peti si eēt indebitū lz nō apparet indebitū anteq̄ def restitutio. ergo zē. **C. Oppo. sublatō pncipali tollit accessorii.** vt. l. eos. **C. de vsu. ergo hic restitutio zcessa sup pncipali vī zcessa ē sup accessorio.** Sol. qñ ab initio obligatio pncipalis eēt nulla ē eēt nulla obligatio vsuraz. lz qñ ab initio fuit valida pncipalis & accessoria restitutio ī integrū nō eēt tate potentie qz tollat accessoria: vt. l. i. z. ij. **C. de fideius. mino. z hic. C. Ad finē op. oē qd debet naturaliter pōt cōpensari: vt. l. et. j. d. cōpēsa.** lz hic debet: qa pōt fieri restitutio ī vsur. ergo zē. **So. glo. dicit nō debet aū restitutioez petita: & iō nō pōt pēsari. ¶ Sed qd dices de alio qd debet iudicis officio an posset ī cōpēsatio nē deduci: Rūdeo officii iudicis p qd cōcedit restitutio hz tollere quoddā obstaculum qd obstat d iure cōi. alias nō daret restitutio: vt. l. i. cāe. §. de mino. iō de eo nō pōt opponi cōpensatio donec illud obstaculū oīno tollat. lz si alias dire cto deberetur p iudicis officii posset ī cōpēsationē deduci: vt. j. de cōpēsa. l. si ambo. §. p. e. l. si. z. l. pecuniam. z. j. de fur. l. si seruus. §. i.**

**De conditione sine causa rubrica.**  
**C. An conditio sine causa habeat locum in cōtractibus innominatis.**

**St et hec.** Hec ē spālis

conditio & cōcurrit cū pdictione īdebiti ob cām. & ob turpē cām. h. d. **C. In tex. ibi ē z hec spēs pdictiois dic. i. spēs seu pdictio per se distincta ab alijs pdictionibus: z si qñ in qbus casibus hz locū: Rūdes si qd sine cā zē. vt i. tex. C. Op. po. qz hec pdictio nō sit spālis: imo generalis: qa zcurrit cū alijs: vt hic pz i. tex. So. qz hic dicit ē spēs pdictionis. expone vt dixi qz ē spēs dī stincta ab alijs: lz hoc generalius cōpetat qz cōpetant ille. C. Quero vtrū hec pdictio zcurrat cū pdictione certi. rūdeo sic: qñ p hanc pdictio nē petif certū: ut. l. certi pdictio. in pñ. §. si cer. pe. C. Quero vtrū hec pdictio habeat locū in cōtractibus noiatis: & vī qz sic: vt hac. l. breuiter qñ ista pdictio zcordat cū pdictione ob cāz nō hz locū: sed alias pōt hēre locū ī ptractib⁹ no minatis: ut dicā. j. l. pñ. C. Venio ad h. qz aut. z oppo. de. l. si nō sortē. §. libertus. §. ti. i. so. vt in glo. C. Venio ad ver. siue aut. z op. de. l. cum filius. §. hīs. de le. ij. glo. nō soluit. tu dic qz hic deuenit ad talē finē qz se nō cōpatif cū pncipio. vñ paria sunt ab initio nō fuisse vel ex postfacto ad talē finē deuenisse in ptractio deuenit ad talē finem qui se compatitur cum pncipio. C. Op. po. s. ti. i. l. si. in fi. So. ibi non deuenit ad non causam antequam restitutio petatur.**

**¶ In fullo.** Si res p qua solui extimatio nē ei a quo cāz habeo ad eū redeat pōt agi actioe ex eo cōtractu vel pdictione sine cā ad rē solutā. h. d. & ē multū notabilis. C. Op. solutū p sniam nō re petif: vt. l. i. C. de pdi. inde. z. l. si fideiusfor. §. i

oibus. j. māda. So. dicit glo. hic fuit puent⁹ ex tra iudiciū. vel dic qz ptracta loquūtur ī pdictio ne indebiti: hic in pdictioe sine cā: qd nō. qa cō dictio īdebiti nō dat cōtra sniam: sed cōdictio sine cā sic. ita intelligūt glo. nre hic & in legibus contrarijs: & in. l. si sine. §. i. j. rē ra. ha. doc. mo. dēni dicunt aliter & melius qz nulla conditio dat cōtra ea qz venerunt ī snia: vñ si p cōdictio nē dī male iudicatū cōdictio cessat: ut. l. i. C. de cōdi. inde. z. d. l. si sine. §. lz qd p iudicē: lz quā do p cōditionē nō dī iniusta snia: lz dī qz cau sa snie deuenit ad nō cām tūc dat cōdictio sine cā: & hic est casus hic. nā fullo cōstet se cōdēna tū: & bñ cōdēnatum: tū de nouo res puenit ad dñm: & sic dicit cām deuenisse ad nō cām. Sz si ueniret cōtra sniam nō audiret p cōditionē si ne cā sicut nec p cōditionē īdebiti. ita nō. doc. in. l. i. C. de cōdi. inde. z. bñ. C. Op. cōdictio nō dz hēre locū vbi cōpetit actio ex eo contractu: vt s. ti. i. l. q. inuicē. So. ibi ī cōditione īdebiti. hic ī cōditione sine cā. vel verius dico qz iste actio nes cōpetūt ad diuersa. nā p cōditionē sine cā cōdictif extimatio soluta: vt hic. p actionē ex eo cōtractu agit alternativē: vt reddat rem vel exti mationē: ut. l. i. cōmodato. §. si. j. cōmo. z ibi vī debitis. C. Op. qz nō habeat locū actio psona lis lz publiciana vel vtilis ī rē. §. de rei vē. l. si cul pa. So. dicit glo. ibi soluit extimationē ille qz a nō dño cām habebat. hic soluit extimationē ille qz a dño cām habebat: & intelligit By. hoc esse uey si post solutā extimationē res puenit ad ful lonē aūq̄ reuertet ad dñm. ita nō. ipse eē de reg. iur. c. p possessore. in. v. q. li. vj. qd q̄tuz ad .l. nostra ē diuinare. dicā de hoc in. d. l. si culpa. tu tñ tene sol. glo. hic positā. z eius rō est qa ille qz habuit cāz a me vt cōmodatari⁹ fullo: & simi les cōueniunt rōne culpe: & iō soluendo extima tionē vī soluere extimationē culpe z nī rei: ideo eis nō dat in rē vtilis lz psonalis vt hic dī. sed il le qz cām nō hz a me cōuenit rōne rei tanq̄ pos seffor: z iō soluēdo vī soluere extimatioez rei: vt rei: non vt culpe. Ita intellexit hugo. antiquus glosator. lz glo. non referat vt dicebat Jaco. bu. C. Quero utrum debeat actio edi seu red di ei qui soluit extimationem rei. glo. tāgit hic & By. in. d. c. pro possessore. z in. l. is qui dolo. §. de rei ven. ego autem dixi in. l. in depositi. j. de re iudi. dic vt ibi.

**Ex. l. sequenti.**  
**C. An idez iuris sit de toto quo ad totum que est de parte quo ad partem: ibi. Oppo.**

**¶ Si sine.** Qui sine cā ī totū vel ī parte obligat liberatio nē cōditit. h. d. C. No. qz qd iuris ē de toto quo ad totū idez ē de parte quo ad partē vt hic. z. §. de rei vē. l. qd tota. C. Op. qz nō sit necessaria cōdictio cū obligatio sine cā sit ipso iure nulla: vt. l. cū de īdebito. i. fi. j. de pba. So. itellige qz hic fuit cā expressa qz in veritate erat nulla. qñ aut cā nō exprimif. dī i. l. hactenus. j. de cōsti. pecu. ¶ Op. z vī qz nō sit idem iuris de parte quo ad partē qd ē ī toto quo ad totū: ut l. qd diu. C. de distrac. pig. glo. nō soluit. tu solve qz in his qz sunt oīo diuidua idez iuris est d par te quo ad partē qd ē de toto quo ad totū. ita lo qd hic: lz in his qz aliquo mō sunt īdiuidua hec regula nō pcedit: ut i. l. cōtraria pbat i. l. i. exe cutione. §. p parte. j. de v. ob. C. Quero vtruz cōdictio īcerti sit hic p pñū nomen actiois. glo. dicit qz nō: lz expōif. i. sine cā. qd dic vt dixi. l. lz z si me putem. §. i. §. ti. i.

tum per fen tentiaz non repetitur: an solutum per sententiā pos sit aliquo ca su repeti cō dictione sine causa. adde bar. in. l. i. §. deniqz. j. qd vi aut clam. in fi. z quod no. dixit bar to. in. l. fena tus. in. i. q. j. de accusa. z omnino bar to. z que ibi dixi i. l. iulia. verum debi toez. §. ti. i. in fi. vj. col. ADDE. bal. p filio. lxxvi. lib. tertio.

**C. Extima tionem.** sed bar. i. l. in cō modato. §. fi. tenuit ēē cōpetere vti lem actionē in rez d quo vide p bar. i. l. i. j. p em/ ptore.

**a C. Accesso rium.** si quis restituif sup pncipali n videt restituti sup acces sorio qz no. secus īreme dio oppo. l. fi. C. quādo pzo. z ibi bal. in. i. q. q. dicit hunc tex. singula rez: & sic no. bene qz exti cto pncipali extinguit accessorium si pncipale est extinctuz iure cōmuni secus si iure speciali vel singulari.

**b C. Debef.** an quod de betur officio iudicis pos sit deduci ī cōpēsatio nē: vide bar. in. l. etiā. C. de compen sa. z ibi etiāz bal. z bal. in l. fi. ad fi. e. t.

**c C. Contra ctibus.** Vtrū hec pdictio habeat lo cum in con tractib⁹ no / miatis & qua liter forma re debeam⁹ libellū ī hac condictione. vide Bal. i. l. edita. i. x. vij. col. de eden. z cui i cūbat onus probādi cāz si subesse. vi de no. glo. z bal. in. l. ij. C. de do. an te nup.

**d C. Non re petif.** an solu